



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 77. Fidei Prosessio per Parisiensem Senatum a suis membris subscribi  
jussa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

Erinarum studiosi, laudabilem illam consuetudinem, qua per intercessionem beatissimæ Virginis Spiritus Sancti gratia imploratur, negligunt; monemus, ne tantopere a salutatione illa Angelica, quam nobis Evangelium præscripsit, abhorreant, neve, ut plerique solent, quoties Domini salvatoris nostri Jesu Christi mentio occurrit, Salutiferum illud Jesu nomen præponere dedignentur, contenti dicere, Christus: præsertim cum, teste Petro, non sit aliud nomen sub cælo, in quo nos salvari oportet. Similiter cum divorum Apostolorum, Evangelistarum, aut Sanctorum Doctorum mentio inciderit, ne, uti consueverunt, sine ulla honoris præfatione ita nominent, Paulus, Jacobus, Matthæus, Petrus, Hieronymus, Augustinus &c. postremo monemus, ne defunctorum animas populi precibus commendare negligant.

Hi articuli postea Gallice redditi unacum regiis Francisci I. literis die ultima Julii anno 1543. in Parisiensis Senatus tabulas relati fuere, ex ejusdem Parisinæ Curiaæ mandato, quod die nona Junii Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo secundo emanavit.

§. LXXVII.

*Fidei Professio per Parisiensem Senatum a suis membris subscribi jussa.*

Altera



Sæcul. XVI.  
A C 1562.

Altera die decima ejusdem Mensis omnes Parisiensis Curiae Ministri, postea Præsides, imo & Procuratores juxta præfatos articulos subscribere jubebantur fidei professioni, quæ sequentibus verbis erat concepta: nos infra „scripti Præsides, Consilarii, libellorum „supplicum Magistri, Advocati, ac Regii „Procuratores, scribæ, ac Parisiensis „Curiae, & Senatus Notarii, vero, ac „sincero corde credimus, atque profiteremur omnes articulos hic insertos, „atque regis Francisci I. piæ memoriæ „Galliarum Regis literis receptos: igitur in horum articulorum professione „vivere, ac mori volumus, necnon Deo, „ac gloriosæ Matri suæ, Sanctis Angelis, omnibus Sanctis præsentem Nobili hoc confessu promittimus, quod „hosce articulos observare, ac tenere „velimus, simulque totis viribus nostris „curare, ut illi ab omnibus Regis supremi nostri Principis subditis observentur, & teneantur, nec quicquam „illis contrarium quocunque demum „modo, & pacto facere, vel ut ab aliis „fiat, permittere velimus, sub poenis „in eo edicto latis, quod Curiae simul „congregatæ die sexta currentis Mensis promulgarunt. Ita juramus, & „promittimus, in cujus rei fidem proprio chirographo præsentem hanc fidei



„dei professionem, ac declarationem  
 „die nona Junii Anno Salvatoris nostri  
 „millesimo quingentesimo sexagesimo  
 „secundo subscripsimus., Altera die  
 pariter, ut vocant, Bidelli, Forenses  
 Scribæ, Advocati, & Senatus Pari-  
 siensis Procuratores pari tenore sub-  
 scribere jubebantur.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1562.

§. LXXVIII.

*Duo Consilarii Clerici ad exigendam  
 hanc subscriptionem a Parisien-  
 sibus Vicariis Generalibus  
 subrogati.*

Eadem die nona Junii congregatis Cu-  
 riis Regii Ministri obtulerunt lite-  
 ras, quibus Vicarii Generales Pari-  
 siensis Episcopi quosdam subrogandi  
 potestatem postulabant, ne in præfata  
 curia ejusmodi professionis normam sequi  
 tenerentur, sed sui ipsorum loco Nicolaum  
 Prevostum Inquisitionum Curie Præsi-  
 dem, & Jacobum Verium Consiliarium  
 Ecclesie Parisiensis Canonicos, & in  
 Senatu Parisiensi Regis Consiliarios sub-  
 rogare possent, eo fine, ut ipsi nomine  
 Episcopi, qui Tridenti erat, ab omni-  
 bus Præsidibus, libellorum supplicum  
 Magistris, Consiliariis, aliisque hoc  
 juramentum excipere valerent. Porro  
 hæc subrogatio his verbis erat con-  
 cepta.

„Jaco-